

278.

quã altari uictimas sed huiusmodi mensae liba fundebant. quod q; lxx transtulerunt. demonum in hebraico habentur. Quod symmachus interpretatus est absq; me. ut sensus qui paratis fortunae mensam simplex est absq; me portionem. ut doceat non sibi fieri. sed demoni. Gladius autem quod dicitur fieri pro supplicio accipitur. Neq; enim omnis populus isrl gladio traditus est. quorum uidemus quanta milia in toto orbe dispersi sunt. sed poenis atque cruciatibus captiuitati & ultime seruituti. Iuxta illud quod alibi dicitur. In gladio morientur omnes peccatores populi mei. & inde uteronomi in cantico inebriabo sagittas meas sanguine. & gladius meus comedet carnes uulneratorum. Aut credibile est potest. Sagittas dñi inebriari sanguine. & gladius illius uulneratorum saturari carnibus. De his sagittis que iob p singula horarum monita pangebant loquitur. Sagittae dñi in corpore meo sunt quorum furore ebebat spiritus meus. Cum enim cepero loqui stimulant me. Iuxta tropologiam autem hoc ducendum est quod omnes qui ecclesiam deserant. Et obliuiscuntur monite semini. & se tradant spiritibus erroris & doctrinis demonum. Isti parant fortunae mensam. nihil ad deum pertinere credentes sed uel stellarum